

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Nicolaus Quistorpius, Th. D. & PP.
ad Div. Nicol. Pastor ... ad Exequias, quas ... Matronae, Annae Armgardi
Wolffrahtiae, ... Domini Laurentii Arnoldi Meinhart, I.U.D. in Iudicio Provinciali
Mecklenburgico ... Advocati ... relictae Viduae, & Matri desideratissimae ...
paratas cupiunt ... Omnes omnium Ordinum Academiae Cives, ut hodie ad horam
primam in templo Mariano convenient, ea (qua fas est) humanitate invitat : [PP.
Sub Sigillo Academiae XXIIX. Ianuarii A. M DC XCIIIX.]**

Rostochi[i]: Wepplingius, [1698]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777134047>

Druck Freier  Zugang



84.

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
**JOHANNES NICOLAUS
QVISTORPIUS.**



ad Div. Nicol. Pastor, ac Ministerii Director,
ad Exequias,

quas

Nobilissimæ, & Ornatisimæ
MATRONÆ,

**ANNÆ ARM-
GARDI WOLFFRAHTIÆ.**

Nobilissimi, & Consultissimi Viri,
DOMINI

**LAURENTII ARNOL-
DI MEINHART,**

J. U. D. in Judicio Provinciali Mecklenburgico, & Can.
cellaria Gustroviensi Advocati Splendissimi,
relictæ Videlæ, & Matri desideratissimæ,
Nobilissimus ac Consultissimus Dominus Gener &
Specatissimæ Filiiæ, omnes Mœstissimi,
paratas cupiunt.

Omnes omnium Ordinum Academia Cives, ut hodie
ad horam primam in templo Mariano convenient, et
(qua fas est) humanitate invitati.

Rostochi, Typis JOH. WEPPINGII, Univ. Typogr.

LB FP Wulffrath, Anna 1698



Vanta sit vitæ humanæ miseria & fragilitas, vel ex eo satis constat, quod vitæ hujus curriculum cum fletu inchoamus, cum sudore continuamus, cum languore absolvimus. In infancia siquidem nostra ut plurimum est stolida simplicitas, in adolescentia speciosa vanitas, in ætate virili molesta anxietas, in senectute ægra inopportunitas, ubique ingens defatigatio, &

satietas. Fatetur hoc Patriarcha Jacob, qui à Pharaone interrogatus, qvot anni vitæ ejus essent, respondit: Dies peregrinationis meæ centum & triginta annorum sunt, pauci & mali. Ad qvæ verba optime notat noster Lutherus commentario illustri in Genes. fol. 628. colum 2. dicens: appellat annos sive dies peregrinationis suæ, verba sunt Spiritus & fide cogitantis de alia vitâ. Non enim hanc vitam miserrimam, ac infinitis crucibus & ærumnis plenissimam appellatione vitæ vult dignari, sed vocat eam tantum peregrinationem, conversationem afflictissimam, cui tamen serviendum est propter mandatum & voluntatem Dei, qui singulis suam stationem in ea attribuit, ut conservari & gubernari queat, qvamdiu ipsi viatum fuerit. Cæterum horribiliter misera, difficilis & perturbata est propter varias tribulationes, & vexationes omnium Diabolorum, & totius mundi. Nec dubium est Jacob quoque compluribus afflictionibus, quæ non omnes scriptæ sunt, fuisse exercitatum. Ergo hæc vita non vita est, sed mortificatio & vexatio vitæ. Sed hæc spes servat & alit nos, quod scimus eam esse peregrinationem nostram h. u. c. *Job*, patientiæ speculum, in disceptatione bene longâ cum amicis instituta, Homo, ait, natus de muliere, brevi vivens tempore; multis repletus miteriis. Quæ ipsius verba *Bernhardus*, (Vir scientia Theologicâ instructissimus, longe supra captum sœculi, quo

li, quo vixit, elegans ac eruditus, Christianè doctus, & sanctè facundus, & piè festivus, ut Erasmi de eo verbis utar) in hunc modum dilatat, Consideranti tibi, qui sis, occurret homo dolens quod homo sit, erubescens quod nudus sit, plorans quod natus sit, murmurans quod homo natus sit de muliere, atque ita cum reatu, repletus multis miseriis, atque ita cum fletu, miseriis corporis, miseriis dum dormit, miseriis dum vigilat, miseriis quoque se vertit. *Anselmus Cantuariensis* in Anglia qvondam Archiepiscopus, qui obiit Anno 1109. ætatis suæ LXXVI. vitam hominum cum molendino, per diem integrum annonam terente, confert. quemadmodum enim mola frumentaria continuò circumvoluta ad eundem semper locum revertitur; sic homo quilibet, simul ac vita hujus diluculum sibi oboritur, molere h. e. in labore & contentione vivere incipit, eandemque molestiæ orbitam terere tam diu cogitur, quoad ingruens mortis crepusculum rotam ac motum sistat, & ad quietem aperiat januam. Et quemadmodum, si quis ex flumine aliquo egressus statim ad id redeat, nomen quidem fluminis idem reperit, sed aquam immutatam, quæ nunquam redditur continuo cursu defluit: sic nullum tam breve temporis momentum est quod non viræ nostræ aliquid detrahatur, & repentina lapsu ad rerum omnium oceanum properet interitum, Merito *Seneca* vitam hanc nil nisi fabulam esse dicit, in quâ homo ipse varias miseriarum formas induit, & apposite Philosophorum Princeps *Aristoteles* salutat hominem imbecillitatis exemplum, temporis spolium, fortunæ ludibrium, invidiæ trutinam, & quod reliquum est pituitam & bilem esse ait. Quæ omnia si quis accuratiore judicii trutina pensiter, non immerito ambiget, anne rectius *Democritus* risu, an *Heracitus* fletu perpetuo humanæ vitæ vanitates, miserias, & fragilitates exceperit. Nos vero verbo Dei edocti, lapsum primorum nostrorum parentum, & inde in nos derivatam contagionem merito deploramus: Ast

quando Servatoris Iesu Christi immaculatam conceptionem, beatitudinem, passionem, mortem & resurrectionem consideramus, meliori jure ridemus & exultamus, quippe scientes, corpora nostra per mortem velut seminata in ignominia, resurrectura cum Christo in gloriam. Felicem ergo hunc transitum, quo ex caducitate in eternam vitam, de labore in refrigerium, de expectatione ad premium, de agone ad brabeum, deside ad notitiam, de peregrinatione ad patriam ducimur. Personas itaque interstrei hac se, nam ita agamus, ut, peccatorum exuvias abjectis, in coelesti palatio eternis gaudiis perpetuo fruamur. Talem atricem in scenam hanc mundanam sese praestitit Optima Matrona, nata WOLFFRAHTIANA, & vidua MEINHARTIANA, laetissimam Catastrophen actioni divinitus sibi destinatae imposuit. Cujus splendissimam GENEALOGIAN, & integerimum vita curriculum pie defunctae Gener, Vir Nobiliss. & Consultissimus Dominus PFENNIGK/ J.U.D. Celeberrimus, Advocatus Ducalis Clarissimus, Africus N. Aestu-matis pro more suo elegantissimis lineis suppeditavit, quod ipfissimis verbis, nemutata quidem syllaba, vobis, Cives Optimi, damus. B. SOCRUS mea, Matrona Nobilis & Clarissima, ANNA ARM- GARDIS, Natalibus WOLFFRAHTIA, Vidua MEIN- MARIANA, ortu nobilis suo genere dignum; in lucem quippe suscepta bic Rostochi Anno clx lce xli. D. III. Februarij, Patre Viro Amplissimo, Prudentissimoq; DN. DIETERICO WOLFF- RAHTIO, Senatore & Camerario Urbis speciale integritatis. Matre HEDVIGE, ex Generosa TANCKIORUM Prosa-piatrix iundata, & Sexus sui, dum in vivis supererat, Exemplo luculentissimo. Avus Paternus extitit Vir, praeceps inter Cives ac Mercatores Lubecenses locum adeptus, DN. DIETERICUS WOLFFRAHT. Avia Paterna, MAGDALENA von Cölln/ Frumina forma morumq; elegantia condecoratissima. Avo Linea Materna gavisa est Viro Nobiliss. Consultissimoq; DN. MARTINO TANCKIO, Jcto & Inlyte Reip. Wismariensis Syndico; Avia vero ejusdem Linea, HEDVIGE, antiquissimam illam & veredam Nobili DENCKERIORUM Gente satam. De Preavo Paterno qui faciat, iniquus sit, meritorum nimisrum, & pristini decoris Familie

Familia sua restaurandi gloriā insigni, DN. ADOLPHO
WOLFFRAHTIO, Sereniss. Principi JO. GUILIELMO
Juliaci, Clivis, ac Montium DUCI Et. Sc. (Domus istius Ducalis
Postremo) à Consiliis Camere & Reditibus Provincialibus. Cuius
etiam Conjur, B. Defuncta Proavia, ANNA ven Steinem/
non mediocre ejusdem Familiae conciliat ornamenū. Proa-
vus alter, Prosapie Materne, fuit DN. JOHANNES TAN-
CKIUS, Reip. Wismariensis olim Senator Meritissimus. Proavia
Materna, ARMGARDIS, DN. MARTINI Scheffels/ Colle-
gi Senatorij ibidem Senioris quondam Gravissimi, Filia. At
licet equidem Praeclaram illam Genealogiam ad multa retro secula,
vastamq; temporum profunditatem exiendere valerem, eo tamen
opere tanto libentius supersedeo, quamò clarus in luce meridianā
positum est, hoc, & superiori seculo, in GENTE WOLFFRAH-
TIANA, pariter ac TANCKIANA (nunc quidem in masculis,
per excessum Generosissimi DN. MARTINI TANCKII,
Potentiss. Elec. Saxon. JO. GEORGII II. Camere Consiliarij
& ad Confœderati Belgij Status Legati splendidissimi, prorsus extin-
gâ) orbi luxisse tam exoptata sidera, ut nec Illustribus Dignitati-
bus ac Functionibus ultramq; imparem fuisse, experientia, Histori-
arum sider & monumentis hodiernum obvijs innixa, satis aq; uber-
tim demonstraret. Eminebat inter tot Insigniora Capita ANTO-
NIUS WOLFFRAHT (ADOLPHI istius, quem paulè
ante commemoravi, Patruelis) FERDINANDI II. & III. Glo-
riosissimorum Imp. Consiliarius Intimus & Episcopus Viennensis;
qui virtute sua premeruit, ut summum inter PRINCIPES JM-
PERII, Fastigium, paucis mortalium alias concessum, obtineret.
Excipit hunc DN. FERDINANDUS von Lancken/in Gulden-
burg Toparcha, Idemq; Imp. RUDOLPHI II, Consiliarius In-
timus, Cubicularius, Aule Maresballus, & Coborius Equestris Ipsius
Cesarea Majestatis Chilarcha; qui ob res ingentes, fortiterq; ad-
versus Ottomannos gestas, singulari Imp. Gratia BARONATUS

(63)

DL.

DIGNITATE autus est, in posteros perpetuò transitor. Neg. verò vestigia Majorum suorum deseruit Per - Illūbris DN. ADOLPHUS (B. Soerus Frater Germanus, d. VI. Sept. cl. I^oCCLXXVIII. Hamburgi denatus) Sac. Ges. Majest. ut & Electoris Colonensis Consiliarius & Legatus; qui nota Singulare Gratiā ab Imperatore Augustissimo Invictissimog. LEOPOLDO St. Ge. Sc. id consecrū; ut Insignia Baronum & Nobilium de TANCKEN, inde a temporibus CAROLI IV. isti Familia propria, sibi ac Descendentis suis suis confirmarentur, insuperq. etiā Dignitas NOBILIMUM de WOLFF-RAHT (que Baronatui equiparari solet & debet) superaddereur. Erigo potius me, meoq. pariter, inter luctum acerbissimum, quod in Pomerania Anteriori, & in ipsa hāc Megapoli, quin & vicinā L. J. Cīvitate Lubeca, florent, qui Familia Decus egregie tueantur, idemq. pristino vigori restituere satagani. Post suscepam infans nibil prius potiusq. habuere Parentes, quim ut B. per sacrosanctam salutiferam regenerationis lavacrum in Christianiorbis cōtum & Societatem cooperatam, DEO gratam atq. acceptam redderent; quem in finem anxiā & competētē illius infans curauit gesserunt, & procedentibus annis optimas, & virginē scārum decentes, virtutes inculcārunt, pectus amore Dei compleverunt, pariter a confirmārunt, deliciasq. suas ut non altunde, quād ex sanctissimā Christi disciplina bauriret, proprio exemplo edocuerunt. Siquidē & illo auctore, male placide ruit, doloribus restitit, odia autem & inimicitias hominum tolerando vicit, eāq. tuūissimam vincendi rationem reputavit, si nulla ulciscendē cupiditate incitaretur. His, altisq. virtutibus affectus Vir Nobiliss. atq. Consultissimus DN. LAURENTIUS ARNOLDUS MEINHART, J. U. D. in Cancellaria Gustriensi, nec non Judicio Provinciali Meklenburgio Advocatus quondam dignissimus, eandem in oculis tutus, & sociam circumspiciens, ambire decrevit, votis sui compos factus D. XXIII. Octobr. cl. I^oC LXVI, ubi nuptiales faces Neo-nupris prælata, & festivitas auxiliatissimè celebrata fuit. Quādā alia sīde, quād illibato amore, quantumq. animorum consensu (usq. adeò, ac unum cor, una anima, in duobus corporibus habita esse videtur) invicem confiraverint Conjugos isti, aliis diuidandū relinquo, quorum usq. posterior in erexitā locū, ita rāntō liberior sentiendi facultas & certior sīde. Confirmans verò mutuam concordiam, & celestem matrimonii benedictionem, carissima illa pignora, due nempe Filie, omnibus sui Sexus virtutibus resplendentes, ELISABETHA HEDVIG, & ANNA ARMGARDIS; quarum illa vitalem auram haufit Giesenii D. XX. Jul. cl. I^oC LXVII. mibi deinceps, qui hac scribo, nimirum JO. GUILIELMO PFENNIGK, J. U. D. Illustriſ. Regim. & Cancella-

ria

ria Magap. Advoceato, D. xx. Maij. cl^o I^c re. in matrimonium elocata, ex quā vidit B. Defuncta unicum Nepotem, binasq^z Neptes, videlicet ARM-GARDEN CONSTANTIAM, D. xv. Febr. cl^o I^c xc^l. prognatam, verū mor D. XIX. subsequentis Mens. Marii placide denatam; porrè DIETERICUM JACOBUM, D. xxix. Octobris (Simoni Jude in fabbis sacrâ) in lucem eduum, & bodienum, per Deigratiam, superstitem; Deuīg^z ANNAM CATHARINAM, puellam suavissimam, natam D. VII. Decembr. cl^o I^c xc^v. iisdemq^z in solarium nostrum, faxit DEUS quam dī utissimè! suorescentem. Altera ANNA ARMGARDIS, Famina re-dissimis predita moribus, lucem banc adspexit D. X. Febr. cl^o I^c lxx. & in Tore Sociam expectit ab Viro Perquam Rev. DN. THEOPHILO

JUNGIO, apud Gedanenses Ecclesiastē meritisimo, vñ c^z & y^z d^z , D. ^{XII.} XXII.

Novembr. cl^o I^c xc^{iv}. nuptias auspiciatissimè celebrarit; ex quo etiam Conjugio B. Sacras mea unicā, eaq^z posthumā, Nepe exhilarata est; Puella

delicatissimā, CHRISTIANA THEOPHILA, ^{XI.} ^{XXII.} Oktbr. cl^o I^c xc^v.

progenitā, similiterq^z in gaudium ac solarium Mætissime ex uiroq^z funere domestico, in ira bienniū, MATRIS bodienum superante. Ut verō ea Prole felicissimam se judicavit Anima Beatissima, secundis camen rebus adversè subinde admiscebantur, qua in afflictione mortales consente cere faciunt. Siquidem M. Novembr. cl^o I^c LXXXIX. Marito desideratissimo pramatūrā morie defuncto, in lugubri viduitate & solitudine relictam, per integros pro-pemodum xix. annos, duram sortiem experiri oportuit. Acoedebat obitus

bonū nimis insperatus B. Generi, THEOPHILI JUNGII, D. ^{IXX.} April. ^{XIX.}


cl^o I^c. xc^{vi}. in quo post Deum O. M. non levererum suarum prefidium col-locauerat. Interēt tamen, que seipsum vincere raro exemplo didicerat, has arumnas non solum patienter iulit, verām & in lucro posuit, & felicitate abuti noluit, hanc alioquin ignarabumani moris, quo felices ferè elati, ab humanitatis officio quandoq^z discedere conseruerunt. Ceterum corpus viribus exhausum, post nuperum à Gedanensibus reditum, indies pejusculè habero cepit, donec lectio penitus affixum & prostratum D. XXI. bujus mensis, circa horam IIIiā Pomeridianam, animam, in vulneribus Christi ad ultimum vita balitum constansq^z perseverarem, placidissime exhalauit, eandemq^z Creatori ac Redemptori suo reddiderit; cum in hac misericordia Valle trans egisset annos LV. Menses XI. cum diebus XVIII. De ipso Morbi effetu pro metoquatur Poliater ille, & Medius in hac Academiā Excellētissimus;

mus ac longè Celeberrimus; idemq; FCtis sue Senior Gravissimus, DN. D.
BERNHARDUS BARNSTORFFIUS, sequentem in modum:
Dirus quispiam, & eum febre acuta, tussi continua, respirandi difficultate,
pracordiorum anxietate, vigiliis immobilitate, fastidio & cavitatis totius in-
terioris oris inflammatione & exulceratione, nec non subitanæ virium pro-
stratione, conjunctus, Somniorum præterea Medicinam respuens, Affectionis ge-
ctoris, pie de fundam Nob. Matronam **MEINHARDIANAM**, intra pau-
cos dies, è vivo rum numero, non sine acerbo Liberorum Charissimorum doto-
re, sustulit. De preparatione vero piissimam ad instantem Beatam circulum
anime ipsius Curator, & Mystra Venerans, Vir Max. Rev. Amplissimusq;
DN. D. **BERNHARDUS MULLERUS**; cuius testimoniū conceptus verbis
ita sc̄e habet: Die XXI, hujus mensis, que erat ipsa dies, qua per beatam ex
haec misericordia valle dōlōvov nostra B. in Domino Maiorona in Salvatoris
manus animam exhalavit, circa horam sextam matutinam alterius, tē-
benter, quamvis sudore in catarrho aliquo ipse correptus & adhuc madidus,
apparere volui, ut officiū ratio efflagitavit. Me Præsentem flagrantis des-
derio exceptit, editâq; peccatorum suorum confessione in ipsa soluione la-
crys & suspirijs vehementissimè ingomuit: O Domine Iesu magna sum
peccatrix, magna, inquam sum peccatrix, miserere mei ob tua, in quibus
cupio vivere & mori, vulnera cruentissima! Erexii eam consolacione ex ver-
bo DEI haustâ, prout divina gratia suppeditavit. Viatio vero sacrō in-
fructa precibus ardentissimisq; superiōis voluntati Salvatoris, in qua deli-
cias suas omnes querebat, totam se resignabat, ingemiscentis: O Iesu wie
sübe bistu etc. It. Herr Iesu dilereb Ich etc. Postea, benedictione sacerdotali ac-
cepta, providentia divina se suaq; omnia commisit & in fidei, salvisitate, stimulo-
nijs perseverans meisq; precibus se commendans, me dimisit. Qui sciat corpus
in pace, & cum beatissimis in Consummatione hujus universi gloriose resurgat!
Hujus ergo tam Nobilissimæ Matronæ exuvias Gener fulgidissimus
ac ornatissimæ Filiae gremio matris magnæ hodie in templo Ma-
riano hora pomeridiana prima commendari curant. Ad quam,
ut Academiæ nostræ Cives loco dicto ac tempore convenienti, denuo
ab iis contendimus. Faciente officio quod existimatione ipsorum
dignum est, Nobilissimæ Familiae **WOLFFRAHTIANÆ**, **PEEN-**
NINGIANÆ, & **JUNGIANÆ** Condolentiam suam ostend-
ent, eique solatum haut exiguum præstabunt. Eadem ope-
ra sua Conditionis Mortalem imaginem inspicient,
atque suo tempore ab aliis expectabunt, quod
huic Beatæ Matronæ præstabunt.

PP. Sub Sigillo Academiæ XXIX. Januarii A. MDCXCIX.

Familia sua restaurandi gloriā insignis,
WOLFFRAHTIO, Sereniss. Principi J.
 Juliaci, Clivae, ac Montium DUCI Sc. Et.
 Postremo) à Consiliis Camere & Reditibus Pr.
 estiam Conjux, B. Defuncta Proavia, ANN
 non mediocre ejusdem Familiae conciliat o
 vus alter, Prosapia Materne, fuit DN. JO
CKIUS, Reip. Wismariensis olim Senator
 Materna, ARMGARDIS, DN. MART
 gii Senatorij ibidem Senioris quondam Gr
 aecet equidem Preclaram illam Genealogian
 vastamq; temporum profunditatem exienda
 opere tanto libenter supersedeo, quanid cla
 possum est, hoc, & superiori seculo, in **GEN**
TIANA, pariter ac **TANCKIANA** (n
 per excessum Generosissimi DN. MAR
 Potentiss. Elect. Saxon. JO. **GEORGII**
 ad Confœderati Belgij Status Legati splene
 gta) orbi luxisse tam exoptata fidera, ut n
 bus ac Functionibus Ultramq; imparem suffi
 arum fides & monumentis badienum obvij
 tim demonstraret. Eminebat inter tot Inf
NIUS WOLFFRAHT (ADOLP
 ante commemoravi, Patruelis) **FERDI**
 riosissimorum Imp. Consiliarius Intimus
 qui virtute sua premeruit, ut summum si
PERII, Fastigium, paucis mortalium a
 Excipit hunc DN. **FERDINANDUS**
 burg Toparcha, Idemq; Imp. **RUDOL**
 simus, Cubicularius, Aule Maresibalus, &
 Cesarea Majestatis Chilarcha; qui obr
 versus Ottomannos gestas, singulari Imp

(3)



the scale towards document